



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Falsarius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

ma unctio, recreat, sanatq; mentem, peccatorum reliquias auferens, difficultatē, scilicet ad bonum, & propensionem ad malum. *Val. l. c. q. 2. p. 3. ex D. Tho. l. c. q. 30.*

Sacerdotes non in palma, sed in Superiori manus parte inunguntur *Vinal. l. c. nu. 32.*

Oleum rosaceum, aut violaceum &c. si olei formam amisit, ob violarum, rosarumve missionem, non potest esse aptum ad Sacramentum *Corona. p. 4. nu. 7. l. c.*

Mulieri ex partu vitæ periculum patienti dandam extremam unct. putat *Vinal. l. c. nu. 23.* licet id vetet *Synod. Medio. 4. p. 2.*

Falsarius, vide Excommunicatio Bullæ Cœna Domini.

1. **F**alsare moneram crimen est læsæ maiestatis: falsa autem dicitur, facta sine legitima auctoritate, materia, aut pondere, aut signo: tondere autem exuberantem moneram falsare non est, etsi peccatum est: est vero falsarius, qui iustum pondus minuit.

*De Falsarijs *Lopez p. 2. cap. 43. De eorum peccatis Nau. c. 17. a nu. 167.*

Falsa *Nau. l. c. n. 167. vide Syl. Falsarius. 7. 8. Peccatum ꝑ cum onere restituendi. Nau. l. c. n. 178. Syl. Falsarius n. 10. 11. Fum. 16.*

Addit. ꝑ falsans Pontificias literas est excommunicatus Papali. *ca. Ad falsariorum de crim. fal. Nau. l. c. n. 169. Fum. excom. n. 12. Lopez. l. c.*

Qui sciens falsis nummis, ponderibus, scriptis vitur, mortiferè peccat cum onere restituendi, *Nau. Lopez l.c.*

2 Non licet amissæ scripturæ de hæreditate, aut nobilitate, aliam similem facere, etiam si nulli fiat iniuria, sicut neque licet conuento super mutuo, quod iam soluerit, falsum solutionis instrumentum producere. *Caua. lib. 1. var. resol. c. 2. nu. 3.*

Fama, vide Dominium, Infamia.

1. **F**ama dicitur vox cõmunis maioris partis vicinæ, ex probabili suspitione orta.

**Vide Syl. vers. Fama. nu. 1.*

2 Ad famam probandã suffiunt duo testes.

**Syl. l. c. nu. 2. Nau. in rubr. de iudi. num. 52. ait duos testes, reddita ratione deponentes, se à maiori parte populi audiuisse, legitimè famã probare.*

Familia.

1. **F**amilia dicitur vsque ad quartum gradum: itaque omnes etiam gradus quarti, dicuntur familiares, itemque omnes familiarum, etiam extra domum habitantes.

**Syl. Famil. 1. 2. & vers. Familiares.*

2 Familia Episcopi gaudet priuilegio Fori, non autem familia Ecclesiæ.

**Abb. in c. Nullus nu. 6. de foro compet. Vide c. si. de off. Archid. Ang. Fam. 6.*

L y Fa